

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis

Caput 3: De ira (5)

Tullius:

Cavenda est maxime iudicis ira in puniendo,
cum qua nemo
tenebit mediocritatem
que est inter nimium et parum.

→ Cavendum est etiam ne maior poena quam culpa sit,
et ne isdem de causis alii plectantur,
alii ne appellentur quidem.

← Prohibenda autem maxime est ira puniendo;
numquam enim iratus qui accedet ad poenam
mediocritatem illam tenebit
quae est inter nimium et parum,
quae placet Peripateticis, et recte placet,
modo ne laudarent iracundiam
et dicerent utiliter a natura datam.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.89
(M. Winterbottom ed., p.36, ll.12-18).